



## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Ioannis Azorii Lorcitani, Societatis Iesv Presbyteri  
Theologi, Jnstitvtiones Morales**

In Qvibvs Vnivers[a]e Qvaestiones ad Conscientiam recte aut prauè  
factorum pertinentes, breuiter tractantur

**Azor, Juan**

**Coloniae Agrippinae, 1616**

10. Diluuntur alia argumenta Hæreticorum, quib. locu[m] Ioa[n] 21. Pasce  
oues meas, passim oppugnant.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14007**

Appellatione vero clavum pulchra inest Metaphora, qua significatur potestas generatim Petro data. Regibus enim & principibus cum traduntur urbis, vel oppidi claves, traditur tota potestas simpliciter in populum, vel civitatem. Haec autem Metaphora etat Hebreis vistata. nam I. 12. dixit Dominus eidam aule & domui regiae Praefecto: *Amissu te, & alterum substituam, & dabo illi clavem dominus David supra humerum: quibus verbis significabat Dominus, in domo regia omnia esse administranda consilio, auctoritate & potestate eius, quem ipse delegerat. Et ita Christus hoc in loco, cum promittit Petro claves regni celorum, promittit ei se daratum simpliciter omnem potestatem in regnum celorum, hoc est, in ecclesiam, per quam patet aditus ad celeste regnum, quia vero Petrus primus Iudeus Euangelium annunciat, deinde Gentibus, & Paulus sicut fuit a Domino vocatus, ut deficeret nomen suum ad Gentes, ita ab initio conversionis sua inter gentes Christi Euang. promulgavit, ideo dixit Petrum esse circumlocutum Apolorum, & vero gentium.*

Quarto argumentatur ex sensu horum verborum: *Adedicabo Ecclesiam meam, que es, (inquit) Promoubo ecclesiam meam, & faciam eam crescere super te tanquam super vnam petram adhuc rem alii, & cum aliis coniunctam, quod est dicere, Tetenquam vnum lapidem ponam in ecclesiam meam super quem crescat. Paulus enim ad Ephes. 2. scribit: Superior adhuc supra fundamentum Apostolorum & Prophetarum. Et i. Petri 2. Et ipsi tanquam lapides vni, super adficiamini. Respondeo, ipsum litera contextum non obscurare significare in Petro, ut in fundamento post Christum Ecclesiam adficiandam, neque enim Christus solum dicit: *Adedicabo Ecclesiam meam: sed etiam adiecit: Et tibi dabo claves regni celorum.* Deinde quia Christus Petru tanquam singulariter eius fidem profeso, singulare veluti premium promisit, dicens: *Tu es Petrus, & super hanc Petram adedicabo ecclesiam meam:* ergo aliquid est Petru tanquam proprium datum, quod non est communicatum cum ceteris.*

Postremo obiciunt, quia patres tradunt, ut constat ex Aug. 13. de verbis Domini, & in libr. de Agone Christiano, Petrum claves regni celorum accepisse nomine ecclesia totius, cuius vicem & personam gerebat: sicut cum quis mittit aliquem ad alium, ut nomine eius quippiam accipiat. Item Patres communiter testantur, Petrum esse locutum tanquam os omnium Apostolorum. Respondeo, minime negare nos, Patres sic locutos fuimus. Sed id proprie tera dicunt, quia significare volunt, in Petro tanquam in capite & fundamento totam ecclesiam contineri: & Petrum accepisse potestatem ob communem eius ipsius ecclesia salutem & bonum. Non ergo significant ecclesiam in Petru tanquam in procuratorem quendam, suam auctoritatem transmississe, ut ipsis nomine ea potestatem acciperet. Parte ratione interpretandum est, quod ab eisdem patribus dicebatur, Petrum esse locutum nomine omnium Apostolorum: non quod Apostoli in ipsum suam potestatem transmiserint, ut ipse nomine omnia loqueretur: sed quod, ut eorum caput & princeps, pro omnibus responderet.

### C A P. X.

Diluuntur alia argumenta Hæretorum, quibus locum  
Ioan. 21. *Pascere oves meas, pasum oppugnant.*

Primo igitur Hæretici verbum illud, *Pascere*, per Metaphoram & tropum exponunt, quasi Christus dixerit: Doce populum meum, ei sacramenta ministra, cura, ut cum exemplo vita & doctrina confirmes & dirigas. Respondeo, verbum *Pascere*, Hebreis idem esse quod regere, & Reges pastores appellantur. Quod nos latine legimus, in Psal. 12. *Dominus regit me;* in Hebreo dicitur: *Dominus pascit me,* illud etiam: *Reges eos in virginaria:* Hebreos est *Pascere oves.*

Secundo argumentantur, nihil Petrum singulare &

propterea accepisse, quod non fuerit ceteris quoque cœclium. Etenim Matth. 18. dictum est omnibus: *Quicumque aligerentis, &c. & Ioan. 10. Accipite spiritum sanctum: quorum remissiis peccata, &c.* in extrema cona omnes pauperes sunt presbyteri constituti: Matth. vlt. & Marc. vlt. omnes suis discrimine datur potestas Euangelium annuncianti in toto terrarum orbe.

Præterea ex historiis ecclesiasticis constat singulos apostolorum in omnes terrarum prouincias esse diuersos, & vbiq[ue] Dei verbum promulgasse: Episcopos invibitum creasse: in diuersis locis Presbyteros, & Diaconos elegisse & ordinasse: ergo omnes fuerunt auctoritatis & potestatis pares. Respondeo, eos quidem foissæ æquales, quod ad sumum & functionem ipsius Apostolicae legationis, & quod ad viuum potestatis Ordinis spectat: non tamen simpliciter in omnibus aliis quæ pertinent ad potestatem iurisdictionis. Omnes quidem erant Sacerdotes, omnes episcopi, omnes Apostoli: quæ singulæ per diuersæ erant potestates ad diuersa munera & functiones obvenandas: ut vel Petro data est ordinaria, & suprema potestas iurisdictionis in successores perpetuo transitura, quæ cum ceteris Apostolis communicata non est, neminem Christus Petrum tantum sui Vicarium instituit, ut ratione huius munierit, & officii totam ecclesiam gubernaret. Dices, ceteros etiam Apostolos fuisse Christi Vicarios, ecclesie testimonio & auctoritate dicentes: *Vt siq[ue] Rectoribus gubernetur, quos per tuū Vicarios eidem constitisti praefessi pastores.* Respondeo, ceteros quidem Apostolos etiam huius Vicarios, non ramen Petri in iurisdictionis potestate pares, quoniam summa Vicarii potestas tradita Petro fuit, in suo quoque successores transmittenda, nam eam sibi, & suis successoribus accepit: illa vero ampla aliorum Apostolorum potestas, quæ sunt post Petrum in pattern ministerii constituti Vicarii, non erat omni ex parte & modo in eorum successores deriuanda, sed vna cum ipsis deserta. Vnde post Petri obitum Roman. Pont. ei tanquam supremus Christi Vicarius cum summa in omnem ecclesiam potestate successit. Dicent Hæretici, etiam Pauli, vel Iohannis, vel Iacobi, & aliorum quoque Apostolorum successores, successerunt, ut Sacerdotes, ut episcopi, ut gubernatores, rectores, & pastores animarum. Respondeo, in Apostolis fuisse varias potestates: erant enim illi in primis Sacerdotes, erant episcopi, erant Apostoli, Apostolorum potestas vna cum eius extensa & finita desit, quia fuit personarum priuilegium, & potestas commissa & delegata, non ordinaria; at Sacerdotis, & episcopi potestas manauit in successores: quia erat ius, & facultas ordinaria. Fuit igitur in Apostolis præter alias duplex potestas, ordinis & iurisdictionis: potestate ordinis, qua Apostoli erant Sacerdotes & Episcopi, Petru fuerunt æquales, sicut nunc omnes episcopi sunt eidem potestate pares, at potestas iurisdictionis non fuit in Petro, & ceteris Apostolis æquales: nam in Petro fuit ordinaria ratione munierit & officii, in quo est a Domino constitutus; in aliis fuit commissa & delegata a Christo. Vnde post obitum Petri illa summa in totam ecclesiam iurisdictione in successores transiuit: at in aliorum Apostolorum successores manauit eorum potestas, ut fuit ordinaria, qua scilicet ipsi erant Sacerdotes, & episcopi, non tamen, ut fuit commissa & demandata: ac propter eam successores eorum fuerunt Sacerdotes & Episcopi certarum ecclesiarum, non autem legati in totum terrarum orbem missi. Deinde, ipso iure, quo Petrus fuit supremus Christi Vicarius relictus, potuit in omnibus totius mundi plagi ecclesias erigere, episcopos creare, clericos instituere: quæ quidem omnia etiam eius successores præstare potuerunt, etiam si nullus ceteri Apostoli potuerit successorem relinquere, nisi certe ecclesias episcopum & pastorem. Ergo potestas Petri data fuit superior & maior, quam reliquorum: nam in retro fuit ordinaria, in ceteris extraordinaria & delegata, & commissa tantummodo.

Tertio Hæretici argumentantur ex dicto S. Cypriani

quid



543  
quod refertur 24. quæst. i. in cap. loquitur, vbi habetur: *Loqui-  
tus Dominus omnibus Apostolis, Accipite Spiritum sanctum:  
parem tributum potestatem. Et postea subiungit: Hoc erant cate-  
ri Apostoli, quod erat Petrus, pari confortio prædicti & honoris, &  
potestatis. Item Anacl. vt dicitur c. in novo, dist. 21. Ceteri, in-  
quit, Apostoli, cum Petro parem honorem & potestatem accep-  
runt, & S. Hieron. libr. I. contra Iouin. Ex quo super Aposto-  
los Ecclesiæ fortitudo solidatur, & cunctæ claves regni cœlorum  
accipiunt. Insuper Cyprian. in epist. ad Quintum, ait. Nec Pe-  
trus, quem primum Dominus elegit, & super quem edificauit  
Ecclesiæ suam, cum secum Paulus de circumcisione disputatione,  
rendicauit sibi aliquid insolenter, aut arroganter assumpit, ut  
diceret se primus, & obtempari a nonnullis, & posteris sibi po-  
tius pertere. Respondeo tæpe Patres esse hoc modo locu-  
tos, quia in Apostolis considerabant, id quod in vñi, mini-  
strio, & facto consistit, non autem quod in iure ipso &  
potestate. Sunt enim quæstiones diuersæ, Quæstio iuri, &  
Quæstio facti. Erant pares Apostoli, quia singuli vbiique  
locorum Euangelium annunciant promulgabant, Epis-  
copos, Presbyteros, & Diaconos creabant, Ecclesiæ cri-  
gebant, miracula faciebant, multa condeabant, peccata re-  
mittebant, Christi corpus conficiebant, contumaciam ana-  
themati subiebant, à sacræ, & pitorum, & fiducium socie-  
tate amovebant; in scriptis interpretandis, & promul-  
gandis nec ipsi labi & errare, nec alios decipere & fallere  
poterant: At pares non erant quod ad iuriæ quæstionem,  
& ad potestatæ iurisdictionem præstat: nam Petri iurisdi-  
ctio fuit ordinaria ratione sui munericis & officiis, & proinde  
in eis successores deriuanda. Aliorum Apostolorum  
iurisdictione fuit quidem in toto terrarum orbe, sed extra-  
ordinaria, demandata & commissa: ac propterea Petri suc-  
cessor, scilicet Rom. Pontifex fuit totius Catholicae ecclesiæ  
pastor, aliorum successores non nisi certum Ecclesiæ suæ  
Antist. & S. Cypr. manifeste declarauit, se nequaquam in-  
tellexisse, Apóstolos fuisse in iurisdictione potestate pa-  
tres, ait enim eodem loco, videlicet traditæ unit. Eccles. Cathol.  
vñdo de simpli. Prelat. Sed exordium ab unitate proficxitur,  
& Primatus Petro datur, ut Ecclesia una monstretur. Et alibi  
nimirum in epist. ad Iubidian. inquit: *Petro primum Dominus  
super quem adiunxit Ecclesiæ, & unde unitate originem insi-  
stuit, & ostendit, potestatem instant dedit. Et tract de disci-  
plin. & habitu Virg. Petrus, inquit, cui oues suas Dominus  
paſſandas, tuendasque commendat, super quem posuit, & funda-  
vici Ecclesiæ. In epist. ad Quintum, ait Petrus, quem pri-  
mum Dominus, constituit, & super quem adiunxit Ecclesiæ suam. Item Anacl. ideo dixit: In novo testamento post Christum  
Dominum à Petro Sacerdotia eius capiò ordo, quia ipsi primo  
Pontificatus in Ecclesiæ Christi datus est. Domino dicente ad eum: Petrus, & super hanc petram adiunxit Ecclesiæ suam meam.**

Ex ipso quoque Hieronym. libr. I. contra Iouinian. inquit:  
Propterea inter duodecim vñus eligitur, ut capite constituto,  
Schismatis tollatur occasio. Subditur. Cur non Iouannes electus  
est virgo? Ætati delatum est, quia Petrus senior erat, ne magis  
bonus, qui occasionem iugis debuerat asserre discipulis, in  
adolescentem quenam dilexerat, causam præbere videbatur ini-  
dia: & Cyprian. in epist. ad Quintum, tantum abest, vt Petri  
Primatum infirmer, vt potius corroborer, quia sensus est,  
Petrus licet esset Apostolorum primus, humiliter tamen  
se gerezat.

Quarto obiiciunt Christum Ecclesiæ petram, & fun-  
damentum: *Petrus autem (inquit Paulus) erat Christus: ergo  
Petrus nequirit esse Ecclesiæ petra, caput, & fundamen-  
tum: nec enim corporis vñius possunt esse duo capita, &  
duo fundamenta. Immo idem Paulus ait: Fundamentum aliud  
nemo potest ponere præter id quod possum est, quod si Christus Iesu.* Præterea ex ipsa Euangelica & Apostolica histo-  
ria constat, nullum primatum inter Apostol. beatum Pe-  
trum habuisse: nam Actor, octauo Apostoli miserunt re-  
trum, & Iohann. ad Samar. & tamen is qui mititur, non est  
eo, qui mittit superior. ad Galat. 2. Paul. Cepha in faciem  
restituit, eumque corripuit, ibidem coniungit Petrum, Ia-  
cobum & Iohannem, tanquam tres Ecclesiæ columnas.

In Concil. idem Apostolorum Hierosolymis coacto,  
non præfuit Petrus, immo potius Iacobus, cuius senten-  
tiam fecuti Apostoli & seniores elegerunt viros ex eis  
quos Antiochiam miserunt vna cum Paulo, & Barnaba:  
& omnes simul Epitollam scripserunt in hac verba: Apo-  
stoli & seniores fratres iis, qui sunt Antiochia, & Syria & Cili-  
cia fratribus ex Gentibus salutem, & teliq. Repondco, ad  
hac omnia, non raro contingere, vt quis sit iure & pot-  
estate superior, non tam raro ipso, functione & facto au-  
toritate superioris vtatur, vel humilitatis, vel modestia,  
vel utilitatis causa.

Aliquando par patemmittit non ex auctoritate maiori,  
sed ex pari consensu & voluntate: veluti cum Herodes  
Rex Magos in Bethlehem misit. Quare nihil mirum  
est, si petrus inter Apostolos su & facto, supra quam  
à Christo acceperat in ecclesiæ potestate fungi semper  
noluerit. Neque enim continuo fit, vt qui uis habet al-  
iquid faciendo utatur. Misericordia igitur Apostoli pet-  
rum in Samaram non ex auctoritate maiore, quæ ipsi  
in esset, sed ipiusmet Beati Petri consensu & voluntate, &  
vt Basili. ait libr. de pœn. Petra fuit petrus, sed non vt Chi-  
ristus: nam Christus est petra, sed prima petra fuit petra, sed  
post Christum. Item omnes Apostoli sunt fundamenta,  
sed petrus post Christum est fundamentum ecclesiæ. Alii  
Apostoli suo ordine post Christum, & petrum. Insuper  
paulus increpauit petrum correctione fraterna, & vixit  
Cyprian. in Epistol. ad Quintum, Petrus præbens exemplum  
humilitatis, patientia & concordia, confitum veritatis ad-  
misit.

Quinto argumentantur: Christus solum dixit petro:  
*Pasce oues meas*, Iohann. 21. quod est dicere: curam habere ea-  
rum ouium quas nunc habeo. Quo sit, vt petrus Domini  
iussu curam tantum accepit eorum, qui ex Iudeis &  
Circumcisione in Christum crediderant. Respondeo ab-  
solue & simpliciter Christum dixisse: *Pasce oues meas*: quo  
verbo nihil distinxit, nullas oues exceptit, nec nos igitur  
distinguiere iure debemus. Neque enim Christus dixit: pas-  
ce has, aut illas oues meas, sed sine ullo discrimine, oues  
mensuali diceret, curam habe mei ouilis. Vnde Chrylio-  
stomus in eum locum Ioh. Magna Christus Petro communi-  
car, orbis terrarum curam demandat. Et Theophylact et  
iam ibidem: *Totius orbis ouium prefecturam Petro committit*,  
non autem alii, sed huic. At acto omnes oues Petro conci-  
ditas his carminibus declarat:

*Primus Apóstolico parva de puppe vocatæ  
Agmine Petrus erat. Et post, cui tradidit agnos,  
Quas paffus saluauit oues totumque per orbem.  
Hoc angel pastore gregem quo munere summus  
Surgit. & que sequuntur.*

Sexto argunt: S. Augustin. libr. de Agone Christiani &  
form. 13. de verbis Domini 13. & nonnulli ex patribus do-  
cent, Christum in Petro, cum illi dixit: *Pasce oues meas*,  
vniuersi ecclesiæ Praelibus dixit: *Palcite oues  
meas*, ita vt quod vni Petru dixit, æque omnibus Aposto-  
lis dixerit. Cum ei dicitur (aie beati Augustini) *Pasce oues  
meas*, omnibus pastibus dixit, libro de Agone Christiani. &  
alibi, videlicet sermon. 13. de verbis Domini: *In vno Petri*,  
inquit, figurabatur unitas omnium pastorum. Respondeo,  
nequaquam significare patres illis verbis, que attulimus:  
id quod est Petru dictum, vniuersi simul dictum fuisse,  
sed Petru tanquam capiti, & principi omnium dictum  
fuisse: *Pasce oues meas*: quod autem capiti conuenit, mem-  
bris etiam à capite otium trahentibus, pro cuiusque gra-  
du, & auctoritate conuenit videtur. Ita vt ceteri E-  
piscopi greges à capite sibi commissos pacere de-  
bant ad modum & formulam capitum totum gregem  
pascientis, cui vni præcipue date sunt claves re-  
gni cœlorum, & in quo est ecclesia Catholicæ funda-  
data.

Septimo: Christus, inquit, ideo ter dixit Petru, Iohann.  
21. *Pasce oues meas*, vt illius fidem, & charitatem cor-  
boraret, nam quia ter negauerat se esse Christi disci-

pulum, voluit Christus pro sua bonitate, ter illius fidem & charitatem excitare, non quidem ut ceteris eum preferret, sed ut animaret ad credendum, certe sibi esse peccatum trinitatis negationis condonatum, & gratiam restitutam. Ac propereat ter ab illo quæsivit: *Petre amas me?* & ter illi dixit, *Pascoues meus, ac si dixisset: Quamvis ter te meum esse discipulum negaueris, ter, crede mihi, fidem tuam & charitatem me confirmasse. Respondeo, horum verbo: um manifestum esse sensum, Petro singulari quodam, & eximio amore Christum Dominum profectum, & eum plus quam ceteri diligenter amanti, Ecclesiam fuisse commissam, quam non solum doctrina, fide, & vita exemplis, sed etiam auctoritate & potestate gubernaret, hoc enim significant ea verba: *Petre amas me plus quam huius pascoues meus?* Ita ut dicere Dominus voluerit: Quia in celum sum ascensus, te in meum locum sufficio, ut tanquam bonus pastor, meatum oviuum curam habeas, quippe qui me plus quam ceteri diligunt. Nam ad restituendam ei gratiam ob peccatum trinitatis negationis amissam, fatus esse videbatur, si non minus quam ceteri amarent, eisque propter ea dicetur ter, *Pascoues meus,* ac cum fuerit interrogatus, *Amis me plus quam huius pascoues meus?* Ita ut voluit dominus eum ceteri praeficeret, ut eos sua auctoritate regeret, atque confirmaret. Vnde Ambro. Petrum alloquens: *Postquam inquit, fleuisti, erexit es, ut alios regeres: qui se ipse non reveras.* Et Arnob. *Apostolo paucum si fucurrit, qui est Episcoporum Episcopus:* Et maior gradus redditus plorant, quam subtilitas est donecanti. Et postea subdit: *Vt non solum recuperasse, quod amiserat, probaretur, verum etiam & multo amplius penitendo, quam negando perdidere, acquisuisse.**

*Ambro.  
in Luc.  
cap. 2.  
Arnob.  
P. 138.*

*Matth.  
Ultim.  
10.10.*

Obiiciunt postremo: Vicarius non nisi in locum absens, vel mortui sufficitur: Christus semper vivit, & suam ecclesiam per scipie administrat, ait enim ipse: *Ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem facili, rursus: Ego sum Pastor bonus.* Et infra: *Alius oues habeo quo non sunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere, & vocem meam audient, & sicut unus ouile, & unus Pastor.* Ergo ipse Christus per se tantum sua Ecclesia praest. Respondeo Vicarium in locum absens, non autem mortui substituti solere. Viduata enim ecclesia pastor datur, non Vicarius. Christus autem qua ratione homo est, in celos ascendit, ac propterea in sui locum Vicarium subrogavit. Nec inde sit, ut ipse Christus sua ecclesia curam deseruerit, sed per eum tanquam administrum, per le vero principaliiter gubernat, & per Petrum eiusque successores Roman. Pontificem tanquam per Vicarios in sui locum suppositos. Quid enim obstat, quo minus Petrus sit totius ecclesie pastor, non quidem principialis, sed ut Christi Vicarius & administrator? Ecclesia enim priuatae pati ratione, & episcopos habent tanquam pastores, & Vicarios Episcoporum adiutores administratos.

## C A P. XI.

*An Apostoli omnes proxime à Christo accepérint o-*  
*mneni iurisdictionis potestatem.*

**Q**uestio est inter Auctores Catholicos, An solus Petrus iurisdictionis potestatem proxime à Christo Do... accepérit, ita ut ceteri Apostoli à Petro sint Episcopi ordinati, quod attinet ad iurisdictionis potestatem? Duæ sunt opiniones. Vna dicitur solum Petrum iurisdictionem à Christo proxime accepisse, deinde vero à Petro Ioannem, & Iacobum, ut habetur in cap. Porro dis. 66. qui deinde tres, cum ceteris Apostolorum iurisdictionem communicarunt, id volente, & concedente principaliiter Petro. In quo formulam Ecclesie tradiderunt, ut à tribus Episcopis Episcopus consecretur. sic Turret. in summa lib. 2. c. 7. & in ean nouo, d. 21. q. 3. August. Triumph. de potesta Ecclesie, q. 88. art. 1. Id colligunt ex eo quod Petrus inter Apostolos Primatus accepit, ergo omnia iurisdictionis ecclesiasticae potestas est à Christo per Petrum tradita, aliquoquin Petrus non esset primus, & supremus Episcopus.

Deinde in cap. Porro, dis. 66. Anaclet refert primum Hieronymum. Episcopum B. Iacobum apost. filium Alphii, fuisse à Petro, Iacobo Zebedæi, & Ioan ordinatum, sed nunc non acceperit ab illis potestatem ordinis Sacerdotalis, vel Episcopalis, siquidem eam acceperat à Christo in cora, & post resurrectionem, Ioan. i. o. cum dixit Dominus, *Anacletum spiritum sanctum,* at Iacobus Alphæi fuit unus ex apostolis. Accedit quod idem Anaclet. (ut habetur in e. In nov. j. f. 21.) testatur; post Christum Dominum, in novo testamento, à Petro sacerdotalem ordinem incepisse, sed non incepit ab illo potestas ordinis sacerdotalis vel episcopalis, ergo omnis iurisdictionis potestas data est à Christo per Petrum. Postremo Christus Monarchiam in ecclesia constituit, in qua ipse tanquam primum supremumque caput praesidet, & post eum Petrus: ergo ceteri Pontifices iurisdictionem acceperunt ab ipso per Petrum, ut in hoc ecclesia à Christo instituta fuerit in statu veteris Synagogæ, in qua omnis sacerdotalis ordo fuit à Deo per Molem derivatus.

Altera est opinio; omnes apostolos à Christo Domino proxime fuisse Sacerdotes & Episcopos ordinatis, ita ut eo non solum omnem potestatem ordinis, sed etiam iurisdictionis acceperint. Cas. tom. 1. opus 7. trah. 1. c. 2. Set. in 4. d. 20. q. 1. 2. Concil. 4. & Cordu. lib. 4. ques. 1. juarum. trah. de posse. Papa, ques. 14. & Barnes 2. 2. ques. 1. artic. 10. dub. 4. vers. His ergo omisisti. Huius fuere sententia plenique, camque ipse quoque magis probo, & amplector. Inter omnes quidem conuenit, apostolos proxima à Christo apostolica legationis, functionis, & munens potestatem acceperisse: eos item omnes ab eo esse Sacerdotes creatus in ecclesia, ita ut acceperint potestatem consecrandi Eucharistiam, sacrificium pro viuis, & mortuis offerendi, denique omnem potestatem ordinis Sacerdotalis: Et Ioan. 20. accepisse omnem potestatem ordinis episcopalis. Differens folium est de Pontificia, siue Episcopali iurisdictionis potestate: nam Turrecremata, & alii sentiunt hanc potestatem apostolos accepisse à Christo per Petrum: Caietanus vero, Sotus, & ceteri putant hanc quoque proxime à Christo Domino apostolos adeptos fuisse: nam ab eo, sunt omnes in Apostolos electi, ut ex Euangelio constat: & ipse Paulus ad Galatas 1. & 2. aperte tradit se eum ab hominibus, neque per hominem, sed per Iesum Christum, apostolum institutum: Mathias item non est ab apostolos, sed à Deo apostolus creatus: at apostolica potestas, & facta auctoritas episcopalem continet in se, non solum ordinis potestatem, sed etiam iurisdictionis, & ideo apostoli vbique terrarum episcopos ac presbyteros constituebant. Omnibus dictum est: *Accipite spiritum sanctum: omnibus plenissima est iurisdictione data.* Matth. decimo octavo. Illis verbis: *Quocunque allegauerit: quecumque soluerit,* &c. Omnibus dictum est: *Eantes in mundum universum, predicete Euangelium omni creatura: & de luda dictum est: Episcopatum eius accipias alter.*

Cum vero obiiciatur Anacletus, dicens in Novo testamento, post Christum à Petro nomen Sacerdotalem ordinem ccepisse: Respondeo id esse sic accipendum, ut recte data fuerit potestas, ita ut ex eo omnis Sacerdotalisordo iure manaret in ceteros: Christus tamen singulari priuilegio apostolos, episcopos fecit, & iurisdictionis potestate donauit: quod nisi ipse fecisset, retro suo iure, & potestate, quam pleniorum fuerat asservatus, praestare potuisset. Erin hoc recte primatus eluceat. Deinde quis obiciat: si ceteri à postolos sunt à Christo proximum in episcopos cum iurisdictione electi, ergo ipsi in suis successores potestatem non sicut transire, & illi istud in aliis, & sic deinceps: unde fiet, ut Episcopi sint Apostolorum successores, ac proinde nihil habent à petro, & Romano pontifice; cum apostoli nihil à petro sint electi. Respondeo: nequam negare nos, ab apostolis primos ecclesiarum episcopos institutos fuisse: & deinde post primos episcopos alios suffectorum in quo quidem facta inerat quaque ius & potestas, quæ erat petro data, quoniam primi episcopi.

Matt.  
Luc. 6.

Act.

16.11.

17.11.

18.11.

19.11.